JURISPRUDENTIA
CANONICO-
CIVILIS,

SEU

JUS CANONICUM
UNIVERSUM,

JUXTA

V. LIBROS DECRETALIUM,

Novâ & facili Methodo explanatum,

S. CONGREGATIONUM DECRETIS, S. ROTÆ ROMANÆ Deciſionibus, Summorumque Pontificum Conſtitutionibus roboratum, nec non ampliſſimá totius Juris Civilis peritiâ, pro Theoria & Praxi locupletatum, in gratiam eorum, qui in Scholis & Tribunalibus, tum Eccleſiaſticis tum Sæcularibus, verſantur, aut ſtudiô Juris utriuſque delectantur, Juris publici factum;

IN TRES TOMOS DISTINCTUM
ET QUATUOR VOLUMINIBUS DISTRIBUTUM.

NOVA, EAQUE TERTIA, EDITIO, IN TRES TOMOS DIVISA,
inſertis ſuo loco Supplementis quæ in anteriori Editione Tomum Quartum conſtituebant.

Unà cum triplici Indice; quorum prior, ſingulis Tomis præfixus, Seriem & Repertorium Titulorum Juris Canonici ibidem explicatorum exhibet; Alter, verſus finem Tertii Tomi occurrens, Ordinem & Sedem omnium Titulorum ex quibus Digeſta conſtant, enarrat; Poſtremus denique, Rerum & Verborum in Univerſo Opere comprehenſorum periochen ſiſtit.

AUTHORE

P. FRANCISCO SCHMIER,

ORD. S. BENEDICTI, EX LIBERO-IMPERIALI-EXEMPTO
Monaſterio Ottoburano, Juris Utriuſque Doctore, Almæ & Archi-Epiſcopalis Univerſitatis Salisburgenſis Rectore Magnifico, & Facultatis Juridicæ, nec non SS. Canonum Profeſſore Emerito, Celſiſſimi ac Reverendiſſimi Archi-Epiſcopi & S. R. I. Principis Salisburgenſis &c. &c. Conſiliario Intimo, ad S. Joannem in Veldkirch Priore, Notario Publico Apoſtolico, in Archivio Curiæ Romanæ Immatriculato.

TOMI SECUNDI PARS PRIMA,

Complectens Librum Secundum Decretalium.

AVENIONE,
Sumptibus PETRI LOMBARD.

M. DCC. XXXVIII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

JURISPRUDENTIA CANONICO-CIVILIS,

SEU

JUS CANONICUM UNIVERSUM,

JUXTA

V. LIBROS DECRETALIUM,

Nová & facili Methodo explanatum,

S. CONGREGATIONUM DECRETIS, S. ROTÆ ROMANÆ Deciſionibus, Summorumque Pontificum Conſtitutionibus roboratum, nec non ampliſſimâ totius Juris Civilis peritiâ, pro Theoria & Praxi locupletatum, in gratiam eorum, qui in Scholis & Tribunalibus, tum Eccleſiaſticis tum Sæcularibus, verſantur, aut ſtudiô Juris utriuſque delectantur, Juris publici factum;

IN TRES TOMOS DISTINCTUM

ET QUATUOR VOLUMINIBUS DISTRIBUTUM.

NOVA, EAQUE TERTIA, EDITIO, IN TRES TOMOS DIVISA,
inſertis ſuo loco Supplementis quæ in anteriori Editione Tomum Quartum conſtituebant.

Unà cum triplici Indice; quorum prior, ſingulis Tomis præfixus, Seriem & Repertorium Titulorum Juris Canonici ibidem explicatorum exhibet; Alter, versùs finem Tertii Tomi occurrens, Ordinem & Sedem omnium Titulorum ex quibus Digeſta conſtant, enarrat; Poſtremus denique, Rerum & Verborum in Univerſo Opere comprehenſorum periochen ſiſtit.

AUTHORE

P. FRANCISCO SCHMIER,

ORD. S. BENEDICTI, EX LIBERO-IMPERIALI-EXEMPTO
Monaſterio Ottoburano, Juris Utriuſque Doctore, Almæ & Archi-Epiſcopalis Univerſitatis Salisburgenſis Rectore Magnifico, & Facultatis Juridicæ, nec non SS. Canonum Profeſſore Emerito, Celſiſſimi ac Reverendiſſimi Archi-Epiſcopi & S. R. I. Principis Salisburgenſis &c. &c. Conſiliario Intimo, ad S. Joannem in Veldkirch Priore, Notario Publico Apoſtolico, in Archivio Curiæ Romanæ Immatriculato.

TOMI SECUNDI PARS ALTERA,

Complectens Librum Tertium Decretalium.

AVENIONE,
Sumptibus PETRI LOMBARD.

M. DCC. XXXVIII.

LIBER II.

DECRETALIUM GREGORII PAPÆ, HUJUS NOMINIS IX.

PRÆLOQIUM.

ALter Decretalium Liber exhibet Materiam, neſcio an dicam utiliorem, an difficiliorem; Judicia nimirum & Proceſſum Judiciarium. Utilitatem commendant quotidiana mortalium litigia, quæ non aliter ad æquitatis & juſtitiæ bilancem componi valent, quàm per ordinata Judicia, rectumque procedendi morem. Difficultatem movet, quòd non tantùm ardua, intricata, & delicata in Ordine Judiciario interveniant; ſed etiam Univerſi propemodùm Juris notitia ad Judicium, juſtè formandum, exigatur. quippe cùm omnia, quæ in tota tractantur Juriſprudentia, ubi vel minimam patiuntur controverſiam, ad Judicialem deciſionem refertur. Sive tamen utilitas, ſive difficultas, ſive neutra prævaleat, Judicia unà cum Judiciario Proceſſu triplici tractatu ſic exponere ſtudebo, ut, ſi quæ gravia vel obſcura videantur, levia fiant & clara; eaque non tatùm litigantibus in Dicaſteriis Eccleſiaſticis, ſed etiam verſantibus in Curiis Secularibus proficiant: quandoqui omnium penè JCtorum, etiam Acatholicorum, teſtimonio modus in Judicio procedendi, tam theoricè quàm practicè ſpectatus, elegantiùs & commodiùs in SS. Canonibus quàm Legibus Civilibus explanatur.

TRACTATUS I.

DE JUDICIIS.

JUdicia duplicem conſiderationem merentur. Una eſt relativa, diciturque reſpectum ad Proceſſum Judiciarium. Altera eſt abſoluta, quâ Judicium ſpectatur in ſe, ſuaque natura, varietate, origine, perſonis, locô, objectô, tempore, ordine, effectu &c. Prima ſecundi & tertii tractatûs argumentum erit. Secunda eſt præſentis loci, ſibique in libro II. Decretalium vendicat Tit. I. II. IV. VIII. IX. X. XII. quin & ex libro I. Tit. XXXII. XXXVII. XXXVIII, XXXIX. XLIII. repetit.

LIBER III.

DECRETALIUM GREGORII PAPÆ, HUJUS NOMINIS IX.

PRÆLOQIUM.

Quàm latè pateat Liber III. Decretalium, oſtendunt 50. Tituli, quos complectitur; demonſtrat ampliſſima, quâ ſinguli ferè Tituli ſcatent, materia. Nempe non tantum ea, quæ Perſonas, Res, aut Jura Eccleſiaſtica concernunt, ibidem occurrunt diſcutienda; ſed etiam pleraque, quæ profana & adiaphora ſunt, ac quivis modô ad triplex Juris objectum referuntur, ſe ſe diſpicienda offerunt. Diu propterea deliberavi, quâ ratione tritam huc uſque ſemitam proſequi, uſitatam antehàc & familiarem mihi methodum tenere, totumque Librum in ſuas partes & tractatus juſtô ordine diſtribuere velim aut valeam.

Tandem conſiliô, ut opinor, non malô conſtitui, quadruplicem efformare tractatum, in quorum I. *materia purè* Canonica *expendatur; in* II. Jus Proprietatis, *quod Clericis & aliis in rebus propriis & alienis competit, examinetur; in* III. Pacta & Contractus, *quibus inter vivos* Jus Proprietatis *acquiritur, ponantur; in* IV. Succeſſio hæreditaria, *quâ poſt mortem alterius capiuntur bona, ventiletur.*

Hoc conſilium, ſi perinde aliis, ut mihi, placeat; non parum Juriſprudentiæ meæ gratulor. Sin diſpliceat; ſaltem ut intentio mea ab æquis rerum arbitris æqui bonique conſulatur, enixe precor.

TRACTATUS I.

DE PERSONIS, REBUS, ET JURIBUS ECCLESIASTICIS.

A Materia digniore, ſeu purè *Canonica*, Librum III. Decretalium auſpicor, ſub rubrica & titulo de *Perſonis, Rebus*, & *Juribus Eccleſiaſticis*. Nec ineptè. Quidquid enim intra ſphæram & ambitum materiæ Canonicæ ſeu Eccleſiaſticæ continetur, atque in memorato Libro tractatur, ad *Perſonas, Res*, aut *Jura* pertinet. Utque triplex hoc argumentum abſque confuſione lectorum commodo deſerviat; illud in tres partes diſtinguo.